



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Anfang des Jahrs 1647. biß gegen Ende desselben zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90566467

N.I. Formula desselben.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52129](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-52129)

1647.
August.Die Schweden machen
in einigen
Stücken eine
Änderung.

§. XII.

1647.
August,

Die Schweden aber machten in einigen Passibus eine Änderung, und substituierten am Ende, einen besondern Articlel, das Religions-Exercitium in der Pfalz betreffend, wie der Auffah N. I.

zeigte, welchen der Schwedische Legations-Secretarius Biörenclau mit seiner Unterschrift vollzog; und überschickten sie solchen mit dem Begleitungs-Schreiben sub N. II. an die Franken.

N. I.

Der Schweden Gegen-Projeet in der Pfälzischen Restitutions-Sache.

Ante omnia vero causam Palatinam Conventus Osnabrugensis & Monasteriensis eo deduxit, ut ea de re jamdiu mota lis dirempta sit modo sequenti.

Et quidem primo, quod attinet Domum Bavariam Dignitas Electoralis, quam Electores Palatini antehac habuerunt, cum omnibus Regaliis, Officiis, Praecedentii, Insigniis & Juribus quibuscumque ad hanc dignitatem spectantibus, nullo prorsus excepto, ut & Palatinatus Superior totus una cum Comitatu Cham, cum omnibus eorum appertinentiis, Regaliis ac juribus, sicut haecenus ita & imposterum maneat penes Dominum Maximilianum, Comitem Palatinum Rheni, Bavariæ Ducem, ejusque liberos, totamque Lineam Guilhelmianam, quamdiu masculi ex ea superstites fuerint.

Vicissim Dominus Elector Bavariæ pro se, hæredibus & successoribus suis totaliter renunciet debito tredecim Millionum omnique prætensioni in Austria Superiore, & statim à publicata Pace omnia Instrumenta de-super obtenta Cæsareæ Majestati ad cassandum & nullandum extradat.

Quod ad Domum Palatinam attinet, Imperator cum Imperio publicæ tranquillitatis causa consentit, ut vigore praesentis Conventionis institutus sit Electoratus Octavus, quo Dominus Carolus Ludovicus, Comes Palatinus Rheni, Ejusque hæredes & agnati totius Lineæ Rudolphinæ, juxta ordinem succedendi in Aurea Bulla expressum deinceps fruantur; nihil tamen juris præter simultaneam Investituram ipsi Domino Carolo Ludovico, aut ejus successoribus, ad ea, quæ cum Dignitate Electorali, Domino Electori Bavariæ, totique Lineæ Guilhelmianæ attributa sunt, competit.

Deinde, ut Inferior Palatinatus totus cum omnibus & singulis Ecclesiasticis & Secularibus bonis, juribusque & appertinentiis, quibus ante motus Bohemicos, Electores Principesque Palatini gavisi sunt, omnibusque Documentis, Regestis, Rationariis & ceteris Actis hoc spectantibus, Eidem plenarie restituantur, cassatis iis, quæ in contrarium acta sunt, idque auctoritate Cæsarea effectum iri, ut neque Rex Catholicus, neque ullus alius, qui exinde aliquid tenet, se huic restitutioni ullo modo opponat.

Cum autem certæ quedam Præfecturæ Stratæ Montanæ antiquitus ad Electorem Moguntinensem pertinentes, Anno demum 1463. pro certa pecunia summa, Palatinis cum Paeto perpetua relutionis impignoratae fuerint, ideo conventum est, ut hæ Præfecturæ penes modernum Dominum Electorem Moguntinensem, ejusque in Archi-Episcopatu Moguntinensi

Suo.

1647. Successores permaneant, dummodo idem in specie pretium pignorationis 1647.
August. sponte oblatum, intra terminum executioni conclusa Pacis præfixum pa-
rata pecunia exsolent, ceterisque, ad quæ juxta tenorem literarum oppi-
gnorationis tenetur, satisfaciat: Electori quoque Trevirensi tanquam Epi-
scopo Spirensi, ut & Episcopo Wormatiensi jura, quæ prætendunt in bona
quædam Ecclesiastica intra Palatinatus Inferioris territoriorum sita, coram
competenti judice prosequi liberum esto, nisi de his inter utrumque Prin-
cipem amice conveniatur.

Quod si vero contigerit, Lineam Guilhelmianam masculinam prorsus
deficere superstite Palatina, non modo Palatinatus Superior, sed etiam di-
gnitas Electoralis, quæ penes Bavariae Duces fuit, ad eosdem superstites
Palatinos interim simultanea Investitura gavisuros redeat, Octavo tunc Elec-
toratu prorsus expungendo: Ita tamen Palatinus Superior hoc casu ad
Palatinos superstites redeat, ut hæredibus allodialibus Electoris Bavariae
actiones & beneficia, quæ ipsis ibidem de jure competunt, reservata
maneant.

Paæta quoque Gentilitia inter Domum Electoralem Heidelbergensem
& Neoburgicam à prioribus Imperatoribus super Electorali successione
confirmata, ut & totius Lineæ Rudolphinæ jura, quatenus huic disposi-
tioni contraria non sunt, salva rataque maneant. Ad hæc si quæ Feuda
Juliacensia aperta sunt, ea Palatinis evacuentur, nisi à Palatino Neoburgico
allegata Conventio Hallæ Sueorum Anno 1610. inita obstat probetur.

Præterea, ut dictus Dominus *Carolus Ludovicus* aliquatenus liberetur
onere prospiciendi fratribus de Appennagio Cæsarea Majestas ordinabit, ut
dictis suis fratribus quadriengenta Imperialium Thalerorum millia, intra
quadriennium ab initio anni venturi 1648. numerandun expendantur, sin-
gulisque annis centena millia solvantur, unâ cum annuo censu quinque de
centum computatis.

Deinde tota Domus Palatina cum omnibus & singulis, qui ei quo-
cunque modo addicti sunt aut fuerunt, præcipue vero Ministri, qui Ei in
hoc Conventu, aut alias operam suam navârunt, ut & omnes Palatinatus
exules, fruantur Amnistia Generali supra descripta, pari cum cœteris in ea
comprehensis jure, & hac Transactione singulariter in puncto Gravaminum
plenissime.

Vicissim Dominus *Carolus Ludovicus* cum fratribus Cæsarea Majestati
obedientiam & fidelitatem, sicut cœteri Electores Principesque Imperii
præsteret, ac insuper Palatinati Superiori pro se & hæredibns suis, tum
ipse tum ejus fratres, donec ex Linea Guilhelmiana hæredes legitimi & mas-
culi super fuerint, renuncient.

Cum autem de ejusdem Principiis Viduæ matris sororibusque præ-
stando vietalito, & dote constituenda mentio injiceretur, pro benevolo
Sacrae Cæsareae Majestatis in Domum Palatinam affectu promissum est, di-
cta Dominae Viduæ matri pro prætenso in Superiori Palatinatu vietalito
semel pro semper viginti Thalerorum Imperialium millia, singulis autem
Sororibus dicti Domini *Caroli*, quando nuptum elocata fuerint, dena Tha-
lerorum Imperialium millia nomine Suæ Majestatis exsolutum iri. De re-
liquo vero ipsis idem Princeps *Carolus Ludovicus* satisfacere teneatur.

1647. Comites in Leininghen Daxburg s̄æpedictus Dominus *Carolus Ludovi-* 1647.
August. *cus*, ejusque Successores in Palatinatu Inferiori nulla in re turbet, sed jure Augusti
suo à multis retro Seculis obtento & à Cæsaribus confirmato, quiete ac pa-
cifice uti frui permittat.

Liberam Imperii Nobilitatem per Franconiam, Sueviam & tractum
Rheni cum districtibus appertinentibus in suo Statu Immediato inviolate
relinquat.

Feuda etiam ab Imperatore in Baronem Gerhardum de Waldenburg
diætum Schenckhem, Nicolaum Georgium Reigersberg & Henricum
Brömbler, Baronem de Rudesheim, item ab Electore Bavariae in Baronem
Johannem Adolphum Wolff diætum Metternich collata, rata maneat.
Teneantur tamen ejusmodi Vasalli Domino *Carolo Ludovico* velut Domino
directo ejusque Successoribus juramentum fidelitatis præstare, atque ab
eodem renovationem Feudorum suorum petere.

Augustanæ Confessionis confortibus, qui in possessione templorum
fuerant, interque eos Civibus & incolis Oppenheimensibus servetur Status
Ecclesiasticus Anni 1624. ceterisque id desideraturis Exercitium Augusta-
næ Confessionis tam publice in templis ad statas horas, quam privatim in
ædibus propriis aut alienis ei rei destinatis, per suos aut vicinos verbi di-
vini Ministros peragere liberum esto &c.

Ad Mandatum Illustrissimæ Legatio-
nis Suecicæ, Osnabr. d. 1. Augusti
1647. &c.

MATTHIAS BIORENKLAU,
Regiæ Majestatis Suecicæ Se-
cretarius,

N. II.

Der Schweden Schreiben an die Franzosen, den Articulum Causæ
Palatina betreffend.

Celsissime Princeps,

Illustrissimi Domini.

Quoniam Celsitudo & Excellentia Excellentia Vestræ omnino desi-
derant, ut Articulo Bavarico-Palatino manus ultima imponatur, mitti-
mus eum per præsentes, prout & ipsæ & Legati Bavarici cupiunt. Quod
si Elector Bavariae potuisset opera vestra disponi, ut longe melius pro-
spectum fuisset, & suæ prætensioni & scopo fœderis Regnorum & afflctissimæ
Domui Palatinæ totique Lineæ Rudolphinæ; verum quia aliter vi-
sum est Galliae, sicut in multis aliis, ita in hoc quoque negotio accommo-
davimus confilia nostra vestris. Fide quoque Celsitudinis & Exellen-
tiarum Excellentiarum Vestrarum nixi, quod bona, quæ petit Principis
Bavarici præsentatus Dominus à Metternich, Feuda sint non Allodia, etiam
isto Articulo inseri fecimus. Æquum vero est, ut reciprocum nobis præste-
tur. Itaque haud iniquam conditionem anneximus, ut sicut hoc modo
Bavaricis satisfit, ita ipsi vicissim cum reliqua Pacis nostra capita indecisa
sum

1647. tum in primis Suedicæ Militiæ Satisfactionem, ita promoveant, ut debitum 1647.
August. sortiantur effectum. Quod si fecerint, ut certo facturos confidimus, dubi- August.
um non sit, quin brevi sperari posset à tota Europa tamdiu optata Pax
Universalis. Quam ut autor pacis Deus nobis omnibus largiatur, & Cel-
studinem ac Excellentiam Excellentiam Vestras perpetua & prosperitatis incre-
menta benignius concedat, ex animo vovemus

Celsitudini & Excell. Excell. Vestris

Osnabrug. d. 1. Aug.
Anno 1647.

addictissimi obsequentissimique
Servitores

JOHANNES OXENSTIerna.
JOHANN ADLER SALVIUS.

§. XIII.

Der Fran-
kosen Nota-
mina über
solche Aen-
derung.

Weil aber die vorherstehende von auszulassen sey. Worauf der Thür. Die Projecten den Schweden gemachte Aenderungen, das werden an Haupt-Werk eben nicht betreffen; so legten die Frankosen ad marginem ihre Notata bey, aus was Ursachen eine und andere Expression ferner zu ändern oder Hafslang, mit beydien Aufsägen, gegen ern commun Ende des Augusti, zum Thür. Fürsten nicirt. abreisete, weil er nunmehr des Hauptwerks genug gesichert war.

N. I.

Præsent. per Dn. de la Court Osnabr.
d. 29. Julii Anno 1647.

Articulus in Causa Palatina, junctis Gallorum Notaminibus.

Et quidem primo, quod attinet Domum Bavanicam Dignitas Elec-
toralis, quam Electores Palatini antehac habuerunt, cum omnibus Regaliis
Officiis, Præcedentiis, Insignis & Juribus quibuscumque ad hanc dignitatem
spectantibus, nullo prorofus excepto, ut & Palatinus Superior totus, und
cum Comitatu Cham, cum omnibus eorum appertinentiis, Regaliis ac Juri-
bus, sicut hactenus ita & imposterum maneant penes Dominum Maximili-
anum, Comitem Palatinum Rheni, Bavariae Ducem ejusque liberos, to-
tamque Lineam Guilhelmianam, quamdiu masculi ex ea superstites fue-
rint.

Vicissim Dominus Elector Bavariae pro Se, hæredibus & Successoribus
suis totaliter renunciet debito tredecim Millionum omniq[ue] prætensioni in
Austriam Superiorem & statim à publicatâ Pace omnia Instrumenta desu-
per obtenta Cæsareæ Majestati ad cassandum & annulandum extradat.

Quod ad Domum Palatinam attinet, Imperator cum Imperio publicæ
tranquillitatis causa consentit, ut vigore præsantis Conventionis institutus
sit Electoratus Octavus, quo Dominus Carolus Ludovicus, Comes Palatinus
Rheni ejusque hæredes & Agnati totius Lineæ Rudolphinæ, juxta ordinem
suc-